



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

17. De tempore Malachiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

P.  
H. Philipp.

Chronolo-  
gic: Testam

ALV

179

260 QVÆST. CHRONOLOG. XVI.  
asserit fuisse die 10. Tebet, quia tunc Chaldaeus Ierosolymam cinctus  
Hisce diebus ieuniis assignandis Cornelio assentuntur, Mariana, Sa-

chius: qui rāmen fatentur Hebræos alijs etiam diebus ieuniis.  
**Opinio 2.** 6. In alia sententia viderur esse S. Hieronymus, quia ieunium quoniam  
intelligit illud, quod statutum erat die 17. Tamuz ob fratas legatos  
Ieunium quinti refert ad eam seditionem, que reuersa ad Moyen eque  
ribus, fuit excitata, & in causa, cum seditioni prius in deserto perire  
populus in terram promissionis induceretur. ieunium septimi refert ad  
Godolias, & dissipatas Iudeorum reliquias, ieunium decimi ad annuncium  
nuncium, quo Ezechiel à fugitiuo Vrbem dirutam accepit.

Solutio  
ratio prio  
ris opinio  
rum. 7. Haræus S. Hieronymi de Etrenam refert, eadem in sequitur Reng  
latè propugnat Ribera, aitque Prophetam interrogatum quidem huc  
de ieunio quinti mensis: sed inde sumpta occasione, de alijs etiam  
spondisse. Idem sentit Salianus ad an. m. 3535. Cum enim prius Zacharias  
cuisset, ieunia Hebræorum Deo non placuisse, quia mandatis eis  
temperabant, ac ideo patres eorum grauissimis afflictionis calamitatibus  
dem concludit, si legis præcepta diligenter obseruauerint, fore aliquam  
ea conuertantur in gaudium & lætitiam & solemnitates pœclaras. Hæc  
confortans magis ad S. Scripturæ interpretes, quam ad Chronicon  
pertinet: ac proinde suffecerit, hoc loco eam delibasse potius, quam emul-

IN IX. X. ET RELIQUA CAPITA HVIVS  
PROPHETIE.

H Is capitibus varia continentur oracula, nullis temporum chanci  
confignata: ac idecirco non constat quando edita fuerint. Christus  
à Castro lib. 8. de Prophetis, vaticinia cap. 9. descripta, ad annum 5. Dicunt  
uit reducenda, quæ 10. capite habentur, ad annum sextum, que videtur  
annum nonum, quæ duodecimo, & decimo tertio leguntur, ad annum  
duodecimum, quæ denique 14. capite contexuntur ad annum 14. leguntur.  
Quæ coepta stura diligentiam quidem redolet, sed certo fundamento  
tuitur, ut aduertit Salianus ad ann. m. 3535. num. 13.

IN PROPHETIAM MALACHI.

QVÆSTIO XVII.

De tempore huīus prophetie.

**An sibi  
annum 5.  
Lögimani.** 1. SVb annum 6. aut 7. Longimani prophetasse Malachiam, notat Con  
Harmonia: quia inter populi & sacerdotū facinora maximè redinger  
dorū cū mulieribus alienigenis connubia; quæ Esdras et greci diffidunt.

annum 7. Artaxerxis Longimani, ut latè describit ipse Esdras lib. t. cap. 10. v. 10. Et surrexit Esdras sacerdos & dixit ad eos: *Vos transgreſſi eſtis, & duxiſtis uxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictum Iſrael.* Et nanc date confeſſionem Domino Deo patrum viſtorum, & facite placitum eius, & ſeparamini a populiſſ terre, & ab uxoribus alienigenis. Eriſpondat uirūtua multitudine, dixit que voce magna: iuxta verbum tuum ad nos, ſic ſtat.

2. Salianus ad annum 7. Arax, Longimani, occaſione eorū quæ de repudio uxorum alienigenarum pŕaſtiterat Esdras, agit de hac prophetia, ex æquo & bono, licet forte dubitauerit de anno quo hæc Malachias prophetarit.

3. Si hæc momenta temporis accuratiuſ ad libellam exigantur: corum trutina & quior esse mihi videtur, qui censent Malachiam paulo post Zachariam vaſtinari cœpisse, ut bene aduertit Ribera, nempe ſub Dario Hyſtaspiſ, ac deinceps in officio Vatis perleueraffe, vt diligenter Cornelius argumen- to in Malachiam, idque ex auſtoritate S. Hieronymi, qui Hebræos fecutus v- ſurpat canonem illū de Chronographia horū prophetarum iam ſepiuſ à nobis inculcatum. In quibus (Prophetis) tempus non prefertur in titulo, ſub illis eos regibus pro- phetaſſe, ſub quibus & hi, qui ante eos habent titulos prophetarunt. Atqui ante Malachiā Zacharias Darij tempus pŕeferrit in titulo; ſub eodem igitur principe Dario, ſua prophetia;

vaticinia exorsus est Malachias, ut diſerte tradunt Faſti Siculi, & notat Menochius. Quamdiu verò poſtea Vatis functiones obiuierit, non conſtat. Non in-

commode fieri potuit, ut quæ de coniugio cum vetiris feminis hīc narrātur, ea ſub anno 5. 6. aut 7. Longimani. S. Vates Iudeiſ obijceret. Remigius proœm.

in Malach. Hic, inquit, prophetauit eo tempore, quo & Aggeus & Zacharias, nec tem- puſ ponitur in titulo.

5. Enim uero Malachias aliqua ſaltem docuit, templo iam reparato, utpote ea quibus caſtigat impietatem fæderorum, non rite uis muneribus in templo fungentium. *Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuitor?* cap. 1. 7. 10. Quæ ſpectant ad illicita matrimonia, eti longè probabiliffimum ſit ea ante finem anni ſeptimi Artaxerxis pronunciata fuſile: id tamen certò confir- mate non auſim. Forſitan Hebrei, poſte reformationem illam anno 7. vel 8. Lō- gmani factam, ut canes ad vomitu reneri, ad ſcelera ras illas nuptias redierunt. Quo in facinore eos poſtea deprehensos caſtigauit Nehemias ſub finē imperij Artaxerxis, qui annos 40. principatum adminiſtrauit. Anno, inquit Nehemias, trigimo ſecunda Artaxerxis regis Babyloniſ veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem, & reni in Ierusalem. 2. Esdræ 13. v. 6. Et ſubdit v. 23. Sed & in diebus illis vidi Iudeos du- cantes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filij eorum media ex parte loque- bantur Azotiæ, & neſciebant loqui Iudaicæ, & loquebantur in xta lingua populi & populi. Et obiurgauit eos, & maledixi. & cecidi ex eis viros, & decaluauit eos. Itaq; nō liquer, quod annis poſt Aggeum & Zach. prophetijs uis, aut initium dederit, aut finem im- poſuerit Malachias, quæ inter Sanctos Eccles. tabulæ repræſentant die 14. Ianu.

kk 3

QVÆ-

Verum  
anno 7.  
eiusdem

Cœrit  
Mala-  
chias ſub  
Dario.

Canon 4.  
ſtatua in  
hiſ 12.

Quedam  
ſtate tem-  
plo edidit  
Malach.

Iudeiſ in  
vetitæ  
nuptiæ  
recidavi.